Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-220532-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-220532-p0002-4

20

1776

# DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
# DE
# ANNO CLAMORIS.

QUAM EX
*ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS*
*AUCTORITATE*
IN ALMA REGIA QUÆ
DUISBURGI CLIVORUM FLORET
UNIVERSITATE
PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS
AC
PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS
LEGITIME CAPESSENDIS
SOLENNITER VENTILANDAM SISTIT
CHRISTOPHOR. BERNARDUS GREVELER
MONASTERIO - WESTPHALUS.

KŒN. FRIED. UNIVERS. ZV HALLE.

D, 235

D. XI. MAJI MDCCLXXVI. CONFLICTUI DICTUS.

Accedunt relationes de codice hactenus incognito Speculi Saxonici, Juris Cæſarei, legum Tremonienſium & Goslarienſium, de Jure Provinciali Saræpontano rariſſimo ac præſtantiſſimo ex ſuppellectili literaria Conſiliarii Intimi de Eichmann, ut plurium deſiderio ſatisfiat, nec non obſervatio de auctoritate legis Speculorum.

*DUISBURGI AD RHENUM*
TYPIS FR. AD. BENTHON, ACAD. TYPOGR. VIDUÆ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-220532-p0003-9

# DE ANNO CLAMORIS.

## §. I.

Anni clamoris nonnulli Jureconſulti mentionem faciunt. Pertinent huc exempli gratia *a Ludevig* (*I*), *Celeberr. Putter* (*II*), *Eiſen-*
*hart*

(*I.*) *Vid. Gelehrte Anzeig. P.* 1. *A.* MDCCXXXII. *Num.* CXXXXIV. *Von der Mündigkeit jüngſt verruckten Jahre der Stadt Hamburg bey Weibes von XIV. auf das* XVIII. *bey Mannsperſohnen von XVIII. auf das XXII. Jahr* §.


*XII.*

*hart* (*III*), *Knorre* (*IV*), *beat. Engau.*

Non-

---

*XII. p. CCCCXCVIII.* de quo argumento & *Chriſt. Godofred. Hoffmann Diſſertat.* cui titulus: *De majoris ætatis termino legibus & moribus, imprimis noviſſima ſanctione Hamburgenſi definito*, conſcripſit. Idem hujus anni mentionem movet in tractat. *de ætate legitima puberum & majorum C. III. Hiſtoria Juris Germanici in pubertate inchoanda finiendaque tutel.* §. VIII. *pag.* LIII. edit. nov. Verba ipſa ſunt: *Concinunt in hoc viginti annorum ſpatio majoribus definito etiam Normanni. Quorum leges in membranaceo codice muſula mea cuſtodit pariter. Ut loca dare & enarrare liceat ex autographo*, ex quibus nimirum anni clamoris inter eos uſus apparet, ſed verba legum §. *ſeq.* adjicere, mihi propoſui. Accedunt ea, quæ *a Ludevig in Diſcurs über Herren Struvens Einleitung zur Deutſchen Reichs-Hiſtorie, vel rechtliche Erleuterung der Reichs-Hiſtorie nach der Ordnung Herrn Burchard Gotthelff Struvens Einleitung, in dem Vorbericht von der Teutſchen Urſprung, Nahmen und Gränzen*, annotavit, *vid. c. l. obſervat.* §. *VIII. ad verba: Fränckiſchen und Sächſiſchen Rechtens pag. XI.*

(*II.*) *Ra-*

Nonnulli vero tituli libri, vel libelli immemores,

---

(II.) *Ratione ætatis.* inquit, *pro aſperiore illo Germaniæ climate, neceſſe eſt, ſerior fuerit matura Germanorum ætas, quam majores noſtri non tam certo quodam annorum numero, quam habitu corporis, eoque non ſolum procreandæ ſoboli, ſed militiæ imprimis apto, æſtimaſſe videntur.*

*(I.) Sequiore demum ætate quædam ſpeciales leges anni terminum definire cœperunt, & multæ quidem, non tamen omnes, in anno XX. convenientes, addito plerumque uno adhuc anno, qui dictus das Schrey-Jahr, quaſi reſtitutioni in integrum adhuc dabat locum. Vid. hujus auctoris Elementa Juris Germanici Privati hodierni. Part. Theoret. 2. ſigillatim I. jus perſonar.* §. CXCVIII. & *ſchol.* (I.) *pag.* XVII.

(III.) *Lib. I. Tit. I. §. IV. pag.* VIII. *Inſtitut Juris Germanici Privati* relatum legimus: *Porro dividuntur* (ſcil. homines) III. *in majores & minores. Quamvis Germani quidem magis e corporis habitu, quam annorum numero terminum ætatis minorennis dijudicarunt, tamen poſtea apud diverſas Germaniæ gentes certus terminus definitus fuit. Plurimæ in anno vigeſimo convenerunt, cui Saxones & Alemanni unum*

mores, hunc annum ſilentio plane prætereunt, quorum no-

---

*addiderunt annum*, *vulgo das Schrey-Jahr dictum, quo durante reſtitutio in integrum locum obtinebat.*

*(IV.) Vid. Obſervat. Select. ad Ludovici Doctrin. Pandect. ubi Lib. IV. Tit. IV. de minoribus viginti quinque annis. §. I. verb. Homines pag. XCII.* ea, quæ ſequuntur, addidit: *Fruſtra omnino eſt Carpzovius, dum ſtatuit, Saxones ideo anno XXI. ætatis majores fieri, quod aliquando maturius ſapiant, quam reliqui Germani. Nam vero videtur ſimile, nullum certum tempus vetuſtiſſimos Germanos habuiſſe, ſed ex virili vigore majorem ætatem dijudicaſſe. Poſtea Teutones plerique elegerunt annum XVIII. vel XX. Quæ ætas XX. annorum & placuit Saxonibus. Sed ex legibus Normannorum conſtat, anno XX. unum adhuc annum addi, & relinqui debuiſſe juveni, ut, ſi forte læſus eſſet in minori ætate, anni ſupereſſet ſpatium, intra quod agere poſſet, resque temere alienatas, aut perditas revocare, unde hic annus dictus fuit das Schrey-Jahr. Demum vero ſive inſcitia, ſive favore factum eſt, ut hunc annum viceſimo adglutinarent novaque reſtitutionis tempora effingerent. Ad Heineccii Element. Jur. Civil.* vero *ſecund. ordin. Inſtit. Lib. I. Tit. XXIII. §. CCLXXVIII.*

nomina tamen, referre, dubito.

§. II.

---

CCLXXCIII. *verb. ſufficiunt pag.* 71. obſervavit: *Non annos numeravunt veteres Germani, ſed armis idoneum puberem eſſe voluerunt. Quod cum contingat anno ætatis decimo octavo, vel vigeſimo, hic terminus placuit gentibus originis Germanicæ. Receperunt etiam Normanni & Saxones annum vigeſimum, ut tamen annum & diem concederent majori, intra quem poſſet agere & temere alienata revocare. Unde hic annus etiam dictus das Schrey-Jahr. Sed poſtea ſive ignorantia, ſive favore minorum aglutinarunt hunc annum minori ætati novaque conceſſerunt reſtitutionis tempora ex jure Romano petita.* His addo ea, quæ *Jo. Rudolp. Engau* in *Element. Jur. Germ. Civil. Lib. I. Tit. II.* §. *XX. pag.* 28. docuit. *Ab initio majorem fecit virtus, patris, aut judicis cenſu agnita, poſt annorum numerus. Hic diverſis temporibus & apud diverſas gentes determinatus fuit diverſimode. Longobardi, Wiſigothi aliique Germaniæ populi ſtatuerunt XX. a. quibus adhuc unum addiderunt Saxones & Alemanni, ut ſic excluderent reſtitutionem in integrum, ſi fides habenda Ludewigo.* In obſervationibus, quas Dictata vulgo vocant & quæ in

§. II.

Verum non ſolum jureconſulti anni clamoris men-

---

*Generoſiſſimi de Eichmann* bibliotheca ſervantur, beat. auctor nihil adjecit.

(*V.*) Apparet hoc ex *ſchol.* §. *præced.* ut itaque minime ens cerebrinum ſit, quæ entia negari nequeunt, quorum catalogum tamen contexere, hoc loco & tempore, nolo. Leges potius ipſas jurisconſultis faventes enarrare earumque verba repetere, operæ pretium mihique haec ob cauſam curæ cordique eſt, & quidem plures, quam vulgo excitantur. Verba Normannicarum *Lib.*II. *Cap.*XXXII. *De Tutela, ſive Cuſtod. Pupill.* §. *I. II. III. IV. X. XI. XII.* ex autographo non juniori ſeculo XII. quod ductus elementorum probant, ita ſe habent, *Tutelam ætate minorum habet princeps Normanniæ omnium eorum in ætate minori conſtitutorum, qui de eo tenent per homagium feodum vel membrum feodi lorice* (militare). *Minorem autem ætatem habere dicuntur, qui nondum ſpatium XX. annorum compleverunt. Qui in tutela usque ad viceſimum annum completum tenendi ſunt. Unus enim ultra annus eis conceditur, ex uſu Normanniæ, quo clamorem* (actionem in judicio, ge- richt-

mentionem faciunt, ſed & leges iis ſuffragantur.

---

richtlichen Wiederruff) *de revocatione ſaiſinæ* (poſſeſſionis, dominii) *anteceſſorum, per inquiſicionem* (actionem) *debent in curia proponere. Ei enim, qui vigintimum annum complevit, inquiſitio de ſaiſina anteceſſorum non conceditur: niſi infra annum & diem clamoris facti* (actionis inſtitutæ) *mortuus fuerit. Sciendum etiam eſt, quod dux Normannie ratione ducatus, habet cuſtodiam* (tutelam) *minorum, quousque* XXI. *annos habuerint completos. Ea videlicet ratione: quod cum a cuſtodia ſua exierint, deſaiſinas* (poſſeſſiones alienatas) *ad eos eis pertinentes, poteſt inquirere* (vindicare in judicio agendo) *& eas eis tenentur reſtituere, ſi male fuerint alienata. In cuſtodia* (tutela) *autem debent heredes eſſe, quousque* XX. *annos integros compleverint & tunc debent illi, qui eos habebant, eis omnia feoda reddere, que occaſione cuſtodie ad manus eorum de venerunt: niſi interim ea, per inquiſicionem inductam mediante judicio perdiderint. In primo autem anno poſt viceſimum heredes ſaiſinas anteceſſorum ſuorum & eorum, quorum eſcæte* (hereditas, Erbſchafft) *ad ipſos, tanquam ad propinquiores heredes, debent venire, poſſunt per inquiſicionem revocare. Si autem tacuerint, quousque viceſimus annus fuerit ad im-*

ple-

tur. (V.)

§. III.

*pletus, ad dictas ſaiſinas* (poſſeſſiones) *revocandas per recognitionem audiri non poterunt nec debebunt: niſi querelam eorum infra tempus moverint pretaxatum & eam ordinarie fuerint conſequuti. a Ludevig Reliq. Manuſcript. Tom.* VII. *Lib.* II. *Cod. Leg. Normannic. ex membran. deſcript. & illuſtrat. notul. pag.* CCXXVIII. CCXXIX. CCXXX. CCXXXI. & *de ætat. legitim. puber. & major. Cap.* III. §. VIII. *pag.* LIII. LIV. *Spec. Saxon. Libr.* I. *Art.* XLII. *Spec. Suevic. C.* I. Neque leges, quæ dicuntur Naſſau-Saarbrükiſches Land-Recht, ſilentio hoc loco tranſire poſſum, quibus *C. II. Von Verkauff Beſchwerung und Gifft der Erbſchafft. Art.* V. *Von Wehrſchafft zu tragen. pag. mihi* LXXIII. ſancitum eſt: Wäre jemand ausländig oder *unter ſeinen mündigen Jahren*, ſo bald der ausländige wieder zu Land und der *unmündige* zu ſeinen *mündigen* Tagen, das iſt 14. Jahres Alters kommen iſt, bedeucht den alsdenn, daſs er bey dem Verkauff, Gifft, Verleihung oder Beſchwerung des Erbes beſchwert worden wäre in ſeinem Auswefen oder in ſeinen unmündigen Tagen, oder dannach mit dem Überſaz und dem Bau ſo der fürgenommen würde, das ſoll derſelb gerichtlich fordern binnen dem

erſten

## §. III.

Annus, de quo ago, dicitur, clamoris (*VI*).
Cauſa

---

*erſten Jahr und Tag* nach ſeinem wiederkommen, oder nachdem er zu ſeinen *mündigen Tagen* kommen wäre, oder binnen dem erſten *Jahr und Tag*, nachdem das überſezen mit dem Bau oder der Ubergriff mit der Arbeit geſchehen mag, oder wäre, das ſoll der Verkäuffer alsden verantworten u. Werſchafft tragen ſeines Kauffs. *Art.* 5. autem *c. l. pag.* LXXV. Und wer alſo inländiſch und zu ſeinen Tagen kommen iſt, ſein Guth binnen *Jahr und Tag* nit erfordert, noch beſchütte, gleich vorſteht, der ſoll darafter dem Käuffer bey ſeinen Kauf und bey ſein Erbe laſſen. Doch hätte er Recht zu dem Erbe, das mag er an den Verkäuffer mit Recht fordern in rechter Zeit. Würde der Verkäufer fällig, er ſoll das Geld aus dem Erbe gelöſst, dem Kläger verrichten und dem Herrn eine hohe Buſſe gelten um des, daſs er verkaufft hatte, das nicht ſein was. Debent jureconſulti codicem harum legum ineditum, rariſſimum præſtantiſſimumque in Jure Germanico, quamvis *Perilluſtr. a Senkenberg* in literis ad *Vir. Generoſiſſ. de Eichmann* datis de utilitate dubitaverit, quia forſitan illum propius inſpi-

Cauſa vero eſt natura & indoles judiciorum

---

inſpicere, non potuit, viro *Celeberrimo Jenichen*, cujus muſula eum cuſtodivit. Nam in catal. librorum hujus viri, inter *ſcriptores juris Germanici* in *folio pag.* XXXVI. *Num.* XXX. occurrit collectio, cui titulus: Ein Pak Naſſau-Saarbrükiſcher meiſtentheils rarer und ungedrukter Verordnungen 15. Stük. Worunter beſonders das *ungemein rare und niemals gedrukte Naſſau-Saarbrükiſche Landrecht vom Jahr* 1321. *befindlich.*

Præbet hic codex Juri Germanico lucem luculentiſſimam. Conceſſit mihi hanc ob cauſam benevole *Vir Generoſiſſ. O. L. de Eichmann*, cujus muſæ codicem poſſident, ut titulum, ſeriem capitum articulorumque hac occaſione cum jureconſultis communicare poſſim, quod iis omnino gratum erit. *Titul.* Naſſau-Saarbrükiſches Land-Recht vom Jahr 1321, im Merz Monath vor Oſtern. *Index* 1.) Wie man das Gericht ſezen ſoll. 2.) Wie die Scheffen Geding halten ſollen. 3.) Wo die Scheffen Urtell holen ſollen. 4.) Wurden die Schœffen wiederworffen; 5.) Wie der Mayer nit meh dann Eines in der Wochen deding halten ſoll. 6.) Binnen welcher

Zeit

rum illius temporis. (*VII*).

§. IV.

---

Zeit ein Urtell geſprochen ſoll werden. 7.) Von Gerichts Coſten. 8.) Wie viel das Gericht an den Buſſen hat. 9.) Wer ſich eines Urtells berufft. 10.) Wer ſich breſten Rechts beclagt. 11.) Von dem Hogericht. 12.) Von der Rantte. 13.) Die Burg und Stadt zu behüten, dem Horn blaſen und Geſchrey zu folgen. 14.) Stallung zu machen. 15.) An Reiſen zu folgen. 16.) In Kriegen ſollen die Bürger geritten ſeyn. 17.) Von Rayſen-Wagen. 18.) Wehn man zu Burgker entphaen ſoll. 19.) Von Bann-Mühlen und Bachhâuſſern. 20.) Wer Bürger wird, was der geben ſoll. 21.) Ob jemand ſtürbe ohne Leibes-Erben. 22.) Von Wieder Maden. 23.) Ob einer raumete oder Bürgſchafft anderswo entpfinge. 24.) Von allen Bänken auf dem Mark. 25.) Banne Wiene. 26.) Fron-Wage und alle Maiſſen und alle Mayſſen und Geſeyge. 27.) Von den Schulthesen. 28.) Von Miede zu machen. 29.) Der Meyer ſoll alle Buſſe beantworten. 30.) Von Zoll. 31.) Von Probſtigen Siegell. 32.) Von Koſten von der Gemeinde wegen. 33.) Es en ſoll niemand weyben, oder Kinder geben, dadurch des

## §. IV.

Ex legibus Normannicis concluditur, in anno

---

Herrn Dienſt gemindert werde. 34.) Clage von Heuptſchathen und von Scheltworten. 35.) Von Schuldigung an die Ehr. 36.) Von Gliederbrechen und Augen ausſtechen. 37.) Von offenen Wunden zu ſchlagen. 38.) Von Blutruſt. 39.) Von Meſſern und andern Waffen zu ſchlagen. 40.) Wie jeglicher in ſein Haus ſicher ſeyn ſoll. 41.) Von Uffhalten und Mordt. 42.) Todſchlag, Dieberey, Nothzucht. 43.) Von Meineidt. 44.) Niemand ſoll Schwerdt noch andere Waffen tragen. 45.) Würde jemand ſein Guth gemindert, dieweil er in Mauperreyen were. 49.) Von Erbſchafft zu theilen. 47.) Wer hynlich zutreibt zwiſchen Jungen, die noch in Mauperſchafft ſeind. 48.) Von hynlichs Guth oder Wieden. 49.) Wer einen Sohn hat, ſoll er nicht Pfaff machen. 50.) Von Miſſethat vor Meyer und Scheffen. 51.) Was vor Gerichte gethedigt wird, ſoll ſteere bleiben. 52.) Wer Hand legt an Mayer und Scheffen. 53.) Reſervacie vor dem Herrn. 54.) Von Schatzungen. 55.) Obligacie. Et porro: Das erſte Cap. ſaget von Erſterbnüß und Gang der

Erb-

anno vigeſimo completo majorem ætatem in-
cœpiſſe;

---

Erbſchafft fahrend Hab und hält in 13. Articul 1.) Articul von dem Vatter und dem Kind. 2.) Von dem Kind an den Vatter. 3.) Von dem Bruder an dem Bruder. 4.) Wie das Erbe über ſich und zur Seithen geht. 5.) Wie Baſtarde erben. 6.) Von Erſterbniſs des Mannes und des Weibes. 7.) So man nach den Tod des Mannes keinen rechten Erben weiſs. 8.) Von dem Baue. 9.) Welches erworben Erbe genannt iſt. 10.) Geld und Pfandſchafft folget der Natur des Erbes. 11.) Von Theilung und Scheidung der Erbſchafft. 12.) Von dem Gang der fahrenden Habe. 13.) Welches Erbe für fahrende Habe geachtet wird. Das zweyte Capit. ſaget von Verkauf, Beſchwernüſs Verleihung und Gifft der Erbſchafft und hält in 5. Articul. 1.) Articul, wie man verkauffen, beſchweren, verleihen und geben ſolle. 2.) Die Rechte, die man vom Verkauff, Beſchwerung und Gifft ſchuldig iſt. 3.) Wie und wer Macht hat Erbe zu verkauffen und zu geben. 4.) Wie die nähern Erben die Erbſchafft unterſtahn und wiederlöſen mögen. 5.) Von Wehrſchafft zu machen. Das dritte Cap. ſagt von Beſeſs und Verjährung der

cœpiſſe, per ſubſequentem annum reſtitutio-
ni

Erbſchafft und hält in 4. Artic. 1.) Artic. In welcher Zeit der Beſeſs verjähret. 2.) Wie man einen aus ſeinen Beſeſs fordern ſoll. 3.) Würde ein unmündiger oder Leibzüchtiger von ſeinen Beſeſs gefordert. 4.) Die Stüke die einen Beſeſs, Verjährung und Vereinigung brechen mögen. Das vierte Capit. ſagt von Schuld zu fordern und auszupfænden und hält in 7. Artic. 1.) Artic. Wie und wer ſchuldig iſt Schuld zu bezahlen. 2.) Welche Mannsperſon vor Schuld geliefert wird, und wie man denſelbigen halten ſoll. 3.) Wie man Pfænde vor Gericht verkauffen ſoll. 4.) Wie man Schuld zu eines anders Handen ſtellen und auftragen mag. 5.) Wie man Erbſchafft vor Grundzinſs pfænden und verfolgen ſoll. 6.) Von Bürgſchafft. 7.) Von Kommer. Das fünfte Capit. ſagt von Kundſchafft, Gezeugen und Bewehrungen einer jeglichen Sache und hält in 3. Artic. Das ſechſte Stük der Bewehrungen ſeynd zwey, wie man gezeugen, eyden und hören ſoll. Drey Auszüge und Wiederlegung der Kundſchafften. Das ſechſte Capit. ſagt von Maomperſchafft. Das ſieb. Cap. ſagt von dem Eyd der Rechten zu Latein Juramentum Calumn. Das

acht.

ni locum fuiſſe, exinde vero manifeſtum eſ-
ſe,

---

acht. Cap. ſagt. von dem *W*ittumb und hält in 2. Art.
1.) Artic. *W*ie man ein *W*eib bewitthumen ſoll. 2.)
*W*ie ein *W*eib ihren *W*ittum beſchwœren und ver-
ziehen oder ſonſten verliehen mag.

(*VI.*) Clamatores verbi gratia in Captl. II. ann. DCCV. §. VIII. Captl. I. ann. DCCCX. §. I. &. Captl. II. §. VIII. Captl. ann. DCCCXXII. §. XII. Captl. de villis Captl. XXIX. Hincm. opuſc. V. & alibi occurrunt Advocatis hoc vocabulum impoſitum eſt, quia poſtulare Francis erat clamare. Inde clamare pro cauſis, eſt agere. Captl. Lib. I. §. X. proclamare in jus vocare, vel intendere litem. Leg. Salic. Tit. XXXIX. Captl. Lib. VI. §. CCCXCIX. proclamatio actio: Petr. Diac. Chron. Caſin. IV. XLVIII. & actores dicuntur clamantes. Captl. ad Leg. Sal. §. II. advocati reclamatores. Leg. Longob. Lib. II. Tit. LIII. §. XXIII. in judicio accuſati clamodici Cap. Carol. Calv. Tit. XXXIX. §. III. Nam accuſatores præcipue in cauſis criminalibus & vim majorem paſſi plerumque accuſationem proferebant cum clamore. *J. G. Heinecc. Elem. Jur. Germ. Tom. II. Lib. III. Tit. II. de actor. reo, advocat.*

ſe, cur a Saxonibus, Anglis aliisque populis

---

*vocat. procuratorib. ſchol.* §. LXXXII. *pag.* CCCCXL. Confirmant hæc ea, quæ Celeberr. & Juris Germanici peritiſſimus, *J. C. H. Dreyer* obſervavit, *Vid.* Zur Erläuterung der Teutſch. Rechte, Rechtsalterth. und Geſchichten angew. Nebenſt. *pag.* 90. 91. 92. Verba ipſa, quæ huc pertinent, apponere, non pœnitebit: (6). Die Regel: alle peinliche Klagen, welche in den ſogenanten Ungerichten oder wegen des gemeinen Landfrieden ſtœhrenden Verbrechens (a) anzuſtellen ſind, müſſen mit Zettergeſchrey angefangen und erœfnet werden, gehœrt ohne Zweifel zu den erſten und weſentlichſten Grundſæzen des Teutſchen Criminal-Proceſſes, und der Verfaſſer des Sachſen-Spiegels und des Richtſteiges hatten ſie auf den Fall zur Nachahmung empfohlen, wen ein übernachtig gewordenes Verbrechen eingeklagt werden ſolte. Jus Provinc. 1. 62. Schreyet er aber das Gerüft umb Un-

---

(a) Oder: um weldigen Saken, de an eyn Lyf (Leben) gahn, wie ſich das Jus Tranſyſal. P. III. art. III. in Ant. Matthæi Analect. veter. ævi T. III. p. 782. ausdruket.

lis terminus XXI. pro majori ætate defini-
tus

---

Ungericht, das ihm begunſt wäre, das muſs er vollfordern. Den das Gerüfte iſt der Klage Anfang. Richtſteig c. 23. Is dyn Klage vernachtet, ſo hege der Richter ein Ding als hievor geſecht is. So ſpreke des Klegers Vorſprake al dus: Here Her Richter N. biddet eines Ordels, wo he ſine Klage anſtellen ſoll, over enen ſineu Vredebraker: So vintme: He ſchole ſy anſtellen met ſyne Gerüchte, als he eme verwinnen will. So vrage he vort, eft dat Gerüchte ſcholle vor der Klage gan, efte de Klage vor dem Gerüchte? So vintme: Dat Gerüchte ſcholle vorgahn, wente dat is der Klage Begyn, (Anfang) So biddet he, dat he utſchryen mute: So ſpreke der Richter: Ik günnet wol, eft des en Noth ſy. So ſchrye de Sakweldige ſülven over N. und unrechte Walt. Wie leicht läſst ſich alſo begreifen, warum man den peinlichen Ankläger den Schreymann, jemand peinlich anklagen, vor Gericht beſchreyen, eine peinliche Anklage bey den Sachſen die Schreye, (b) bey den Frie-

---

(b) S. chart. 1291. in Becmanns Hiſtorie von Anhalt. P. III.

tus fuerit. (*VIII*).

§. V.

---

Frieſen die Baere, Baria (c) bey den Nordiſchen Vœlkern Opte genennet, und wie bald iſt das Räthſel aufgelœſet: warum das Hildesheimiſche Vogtrecht in Grupen Origg. Hannov. p. 233. und Scheidts Origg. Guelphic. T. IV. p. 245. den Ankläger, der ſich erdreiſtet hatte, jemanden wegen eines Landfrieden brüchigen Verbrechens absque proclamatione publica (dieſes Wort hat das in dem Obelauſiziſchen Beyträg. zur Gelahrh. 1. B. Bl. 538. u. in Carpzovs Oberlauſ. Ehrentempel Bl. 347. abgedr.

---

L. IV. c. 2. p. 458. Leges Cellens. antiq. §. 5. apud Leibnitz Scriptor. rer. Brunſuic. T. III. p. 483. & Goslar. ibid. p. 510. Skraa Soſat. §. 21. ap. Emminghaus Memorab. Soſat.

(c) Nach der Muthmaſſung des Herrn von Wicht (S. deſſen Anmerk. über das Oſtfrieſ. Landr. Bl. 275.) ſoll ſich dieſes Wort von dem altteutſchen baren, berian, eberian, baeren, beren herſchreiben, welches in Pontan. Origg. Franic. und in Kiliani Dufflæi etymolog. für clamare, öffentlich ausreden, ein groſſes Getœne machen, manifeſtare und brüllen erläſst wird. Vielleicht læſst ſich der ululatus bardicationis in

übello

§. V.

Quamvis vero annum adjectum putent ob

---

gedr. Diplom. K. Johanns a. 1346. das Zetter-Geſchrey verdolmetſcht) anzuklagen, tapfer auf die Finger geklopft? und wie bald erreicht man nicht: warum die Geſchichtſchreiber, der Poëta Saxo, Cæſarius Heiſterbacenſis, Eberhard Windeck und der Verfaſſer des Chronici Montis Sereni ad a. 1224. ap' Leibnitz. Script. rer. Brunſuic. T. III. p. 522. Mencken Script. rer. Saxonic. T. I. p. 1179. u. in des

---

libello de remedio peccatorum apud Martene T. IV. Anecd. p. 27. und der barritus, barditus, das gewœhnliche Feldgeſchrey der Celtiſchen und Teutſchen Vœlker (Tacitus de Morib. Germ. c. 3.) hieher ziehen, welches Wort die Rœmer nach Pelloutiers Meinung dans l'hiſtoire des Celte Liv. 1. Chap. 9. p. 356. von den Teutſchen gelernet, und ſonſt in den Wœrtern Bardagi, Barsmidi für das Kæmpfen der feindl. Paetheyen, auch für einan Zweykampf, der ſich mit Geſchrey anfieng, gebraucht worden. S. Verelius ad Hervarar Saga. p. 192. Hickeſius Geammat. Franc. theotiſc. p. 92. & Mœſo Gothic. p. 231. Peter Diickman Obſervat. ad Runas Suetic. p. 112.

ob reſtitutionem in integrum (*IX*); plurimæ tamen

---

des G. R. Hoffmann Script. rer. Luſatic. T. 4. p. 92. bey den Erzählung, daſs die Princeſſin Beatrix wieder zweene Fürſten von Oſterreich, der Graf von Zeringen wider dem Graf von Zilli wegen begang. Mordthaten und landfriedensbrüchig Verbrechens bey einen ganz illüſtren Fürſtengericht ihre peinliche Klagen angeſtellt, es bemerklich gemacht, daſs dieſe Anklagen cum multa vociferatione, mit groſſen Geſchrey, cum clamore vulgari, quo ad arma convocatio fit d. i. mit dem Wapen Geſchrey erœfnet und angebracht worden. Vid. & Petri Maſcovii Diſſertat. de clamore violentiæ, vulgo vom Zetter-Geſchrey, quam addo. Pergit Celeberr. *Dreyer* in ſchol. e). Uberhaupt aber muſten die Partheyen auch in bürgerlichen Gerichten eine gute Lunge u. eine tœnende Stimme mitbringen. Denn auch in dieſen erſchallete die unmuſikaliſche Muſik faſt bey jeden Aufzuge, und den Teutſchen Kœnigen Friederich II. und Sigismund mögten wohl auf den curiis ſolemnibus von dem clamore conquerentium immodico, von dem ſchreienden Rufen der Partheyen die Ohren ziemlich gegellet haben. (v. He-

tamen differentiæ inter reſtitutionem in integrum

---

Hedam Epiſc. Ultraject. p. 195. Falckenſtein Cod. dipl. Nordgav. p. 253.) ohne daſs ſie das Geſchrey der Klagenden auf die Seite des Unanſtendigen anſehen kœnnen. Die wunderliche Etiquette rechtfertigte ſich damit, daſs man eines Theils die Gerichte unter freyem Himmel, wo eine Menge Volks gegenwärtig war, gehalten, andern Theils, daſs die Attention der Richter und des Umſtandes nicht weniger dadurch erwekt worden, als wen etwa ein Dorf-Pfarrherr ſeine Bauern durch eine ſtarke Stimme oder durch das Klopfen auf der Canzel zur Aufmerkſamkeit reizet. *Vid. & ſchol. VII.* nec non *a Ludwig notul.* 71. *ad Cod. Leg. Normannic. Lib. II. Cap. IX. pag.* 168. *Tom. VII. Reliq. MSC.*

(*VII.*) Agit *Cap.* XXXII. *Lib.* II. *Cod. Leg. Normannic* de minori ætate feudali, quem mores Normannorum anno XX finiri voluerunt. Intra illam ætatem agentes erant ſub tutela Ducis. Durante minore illa ætate, nulli actioni de illorum feudis locus erat, ſed expectanda erat legitima ætas, qua judicium

tegrum & annum clamoris intercedunt, quas ube-

---

cium de illorum poſſeſſionibus i. e. terris atque feudis inſtituti poſſet. Sed quare hæc actio tam diu dilata fuit? Uti in §. obſervavi, ratio judiciorem hoc effecit. Deveniebatur plerumque in his cauſis ad judicium duellicum, quod minores hac ætate non facile ſubire poterant. Plenæ ſuut leges antiquæ textuum, qui huc faciunt. Conferri poteſt Cap. XLIII. de l'Ancienne coutume de Normandie: Tous ceux, qui ſont en *non age* auront terme de toutes querelles tant qu'ils viennent en age de *vingt & un un*, fors des querelles, qui ſont terminées par enquetes ou per briefs. choſe que ceux, qui ſont en *non age* facent ne dient en cour de laye, ne ſera eſtable fors ce qui ſera determinée, par loi outree. Ubi quæri poteſt, quid per vocabulum Loy outrée ſit intelligendum? Eſt ea non alia, quam quæ antiquis dicebatur Lex paribilis, de qua vid. *Cujac. ad Tit. I. L. I. feud. Opp. Tom. II. pag.* 1149. apud Gallos dicta Loy appariſſante, qua inprimis in vindicandis bonis utebantur. In Normannia invaluit appellatio clameur de Loi & Loi outree, quæ nomina obſoleto licet illo antiquo agendi more remanſerunt

uberius enarrare & explicare, minime neceſ-
ſarium

ſerunt v. Nouvelle Coutume de Normandie. Forte & huc pertinet Ludovici Pii Capitul. ad a 829. apud Baluz. Tom. I. pag. 670. Ibi enim conſtituitur, quod neque *parvulus* i. e. minor, neque tutor intra parvuli minorem ætatem rationem reddere compellendi ſint, de ſua legitima hæreditate, quæ ei per ſucceſſionem parentem ſuorum legitime venire debuit. Similis ſanctio occurrit inter Leges Henrici I. Regis Angliæ Cap. 70. *Si quis pater mortuus fuerit & filium vel filiam hæraditandam reliquerit, usque ad an. XV. ætatis annos nec cauſam proſequantur, judicium ſubeant, ſed ſub tutoribus & actoribus ſint in parentum legitima cuſtodia ſaiſiti* i. e. in poſſeſſ. bonorum, uti ea tempore obitus comparata fuit, *ſicut pater eorum fuit in die mortis & vitæ ſuæ, & nullus hæredipeta ſui propinqui vel extranei periculoſæ ſane cuſtodiæ committatur.* Dav. Wilkins in Collect. LL. Anglo-Saxonic. pag. 266. Conſpirant Aſſiſæ i. e. Statuta Henrici II. de a. 1176. Cap. VI. *Si quis obierit francus tenens* i. e. poſſeſſor prædii *hæredes ipſius maneant in tali ſaiſina* & cæt. Cap. VII. *Et ſi hæres filius fuerit infra ætatem, Dominus feodi acci-*

ſarium, cenſeo. Nam illud jam præſtitit
*Ge-*

---

*accipiat homagium ſuum & habeat in cuſtodia illum quam diu debuerit.* Conſentiunt ita mores antiqui, quamvis in termino diſſentiant. In comitatu Hainœnſi ætas hominis i. e. maſculi erat XV. annorum fœminæ vero XII. Vid. Declarat. legum in curia & Comitatu Hainœnſi Cap. XI. apud Martene in theſauro anecd. Tom. I. pag. 769. In Francia ſenſim annus XXI. pro majori ætate in feudis habitus. Illuſtre exemplum in medium profert Bruſſel Nouvel examen de l'uſage general des fiefs Tom. I. pag. 218. Adde Troncon Droit François & couſtume de la Precoſté & Vicomtè de Paris pag. 76. Luculentiſſimum teſtimonium continent literæ Ludovici filii Philippi Regis Franciæ ad Johannem Regem Hieroſolymitanum de a. 1214. *Scire vos volumus*, inquit, *conſuetudo antiqua & per jus approbata eſt in regno Franciæ, quod nullus ante* XXI. *annum poteſt vel debet trahi in cauſam, de re, quam pater ejus teneret ſine placito cum deceſſit. Hujus igitur conſuetudinis ratione Chariſſimus Dominus & Genitor noſter & nos ſtatuimus & conceſſimus Chariſſimæ amicæ noſtræ Comitiſſæ Trecenſi & Theobaldo filio ejus præſentibus & audien-*

Vir *Generoſiſſ.* *O. L. de Eichmann* (X).

§. VI.

---

*audientibus nobis ipſis, quod ſi filio Comitis Henrici vel aliquis pro ipſis vellet prædictum Th. vel matrem ejus in cauſam trahere de terra, quam Pater ejus tenuit, nos non audiremus inde verbum, donec idem Th. haberet XXI. annum.* Confirmat hoc Philippus in literis ad Pontificem ea de cauſa datis. Verba ſunt: *Nos non audiremus inde clamorem nec placitum teneremus, donec Th. compleverit XXI. annum.* Vid. Canterellum Fabrum Traité des fiefs in probat. pag. 52. Si hæc curatius conſiderantur, lucem forte accipient antiquæ Normannorum leges. *Vid. C. G. Hoffmann Diſſ. de majoris ætatis termino legibus & moribus, inprimis noviſſ. ſanct. Hamburg. definito. C. III. de majori ætate ex moribus & legibus Germaniæ ſchol.* §. *XVII. p.* 62, 63. Annus vero & dies ſunt tempus legitimum præſcriptionis rerum mobilium, proprietatis, poſſeſſionis juſtæ ſecundum Jus Germanicum *G. W. L. Benecke Diſſ. de præſcriptione Germanorum annali* §. VII. & conſenſum juris Normannici, Saxon. & German. docuit a *Ludevig. v. Præf. Tom.* VII.

§. VI.

Nec adjectio verbi *quaſi* mihi ar-

*Reliq. pag.* 49. 57. Unde forſitan anni tempus derivari poteſt.

(*VIII.*) *De Ludevig de majori ætate Cap.* III. §. VIII. *Reliquiar. MStor. Tom.* VII. *pag.* 219. *Hoffmann Diſſ. de majoris ætatis termino Cap.* III. §. XVII. *pag.* 61. Ratio itaque majoris ætatis Saxonum non eſt, quod aliquando maturius ſapiant, uti *Carpz. P.* 2. *Conſt. II. Def.* 9. *n.* 2. ſibi perſuaſit. *C. G. Knorre Obſervat. ſelect. ad Ludovici Doctr. Pandect. Obſerv.* 158. *ad* §. 1. *pag.* 92. Accidit potius iis, quod omnibus accidere ſolet. Operæ pretium eſt ſententiam repetere, quam *Heineccius in Recitat. German. in Inſtit. Lib. I. Tit. XXIII. de Curatorib. pag.* 268. de hoc judicio dixit: Einige Sächſiſche Rechtsgelehrten haben vorgegeben, daſs in Sachſen das 21ſte Jahr deswegen zur Mündigkeit beſtimmet worden, weil die Sachſen ehe klüger würden, wie andere. Aber wen dieſes wahr wäre, ſo müſten die Hamburger, Nürnberger, Bremer, Braunſchweiger und Schwaben noch viel ehr klüger werden, weil ſie im achtzehnten Jahr die

arridet, quæ facile confuſioni di-
ver-

---

die Majorennität erreichen. Quemadmodum Specul. Suevic. C. I. ita & Saxonic. Lib. I. Art. 42. annum XXI. definivit majoris ætatis terminum. Conſpirat hanc ob cauſam cum jure Saxonico. Verum enim vero mirus plane eſt conſenſus inter hæc ſpecula & jura provincialia ac ſtatutaria. Exſtant exempla in *Celeberrim. Viror. C. F. Walch* Vermiſchten Beyträgen zu dem Teutſchen Recht, *A. F. Schott* Samlungen zu den deutſchen Land - und Stadtrechten & in *de Eichmann* collectione numeroſa legum provincialium & ſtatutorum. Auctoritas implicita legis ſpeculorum hanc ob rem vix ac ne vix quidem negari poteſt. Sed ſecundis curis aliorum hæc relinquo. Fuſius de auctoritate ſpeculi Saxon. & Suevic. egit *H. E. Keſtner. Vid. Problemata de defectibus juris communis in republica Germanica. Probl.* IV. Quæ vero cum ita ſint, & ob uſum in Weſtphalia eo magis relationem de codice Specul. *Saxon. Juris Cæſarei, legum Tremonienſium* & *Goslarienſium* curiæ cujusdam viciniæ, hactenus incognito, adjicio, quæ in *Generoſiſſ. de Eichmann* ſuppellectili libraria reperitur. Viguit enim ſpeculum Saxonicum in Comitatu Marcano

verſorum jurium & erroribus occaſionem præbet,

---

Ducatu Clivenſi & Weſtphalia. *Lib. Bar. Henrici Chriſt. de Senkenberg* Gedanken von dem jederzeit lebhaſten Gebrauch des uralten deutſch. bürgerl. und Staats-Recht. Cap. 1. §. 31. *pag.* 29. Jus Cæſareum in Comitatu Marcano. *ejusd. Corpus Jur. Germ. Publ. ac Priv. hactenus ineditum Tom. I. Præf.* §. XXXVI. *pag.* XXXVI. *Cf. Celeberr. Grupen obſervat. rer. & antiquit. German. T.* 1. *Obſerv.* 29. 30. Das *erſte* pergamenen Blat enthält eine Gerichtsverordnung, wie im Fall daſs das Gericht, oder Scheffen ſich einer Urthel nicht vergleichen, oder vereinigen können, es mit dem Urthel ſoll gehalten werden. Sie iſt in 6. §. oder Abſäzen eingetheilt, die Schrift iſt aber ſehr verdunkelt, das *zweyte* pergam. Blat, ſo etwas deutlicher, enthält den Werth der damahligen Münze, was ein Mark, Gulden &c. betrage. Das *dritte* Blat enthält mit einer neuen leſerlichen Schrift eine Verordnung, wie es mit der Hoffarth oder Appellation gehalten werden ſoll, vom 20ſten Jun. ao. . . 59. Das *vierte* Blat enthält auf eine Columne die Rubriquen der geiſt- und weltlichen Rechte, auf der andern Columne die Erklärung der Abbreviaturen.

bet, uti experientia, optima rerum magiſtra; ſatis

---

Dan fängt auf dem *fünften* Blat das Buch Scheiden-Kloet off Lantrecht ſelber an und zwar folgender maſſen: Hier begint een Buch van dem rechte, wo men vor Gerichte clagen un antworden ſulle. Un ten eirſten iſt, wo men een Gerichte hegen un anheuen ſal. I. wo men enen Vorſpreken wynt II. wo de Vorſpreke ſich bewaren ſall III. van des vorſpreke lere un antworde IIII. van unterſcheide der clage V. alle borgerliche clage kompt von Scolt VI. van clage an geborget guet VII. van antworde um Scholt VIII. wo men borgen beclaget IX. van erve antworde X. van Clage vm Scholt XI. van antwerde vm gevunden guet XII. van antwerde vm gekofft guet XIII. van antwerde vm gedaen guet XIV. van antwerde vm geſtole guet XV. van antwerde ervende Haue XVI. van antwerde van der gekoffter Have XVII. van clage opp Leen XVIII. off dyn brod' deilen wil myt dy XIX. Off twee en Guet anſpreken XX. Clage vm egen XXI. Off een erue claget op een ander XXII. van clagen vm egen XXIII. wo men egen anſpricht XXIV. Off twee ene Weer anſprechen XXV. Off een claget op een guet vn

 ſecht

ſuperque probat (*XI.*)

Pauca

---

ſecht id ſy ſyn leen. een and' XXVI. van pynlichen clagen XXVII. *Conf. Corpus Jur. German. publ. ac privat. Tom. I. P. I. pag.* 12. 13. ubi fere eadem ſummaria capitum ordinis judiciar. provincl. occurrunt. Hier begint de Capitel des *andern* boichs vñ is tẽ eirſten wo ſich de Richter hebn in pynlichen clage I. Vnderſcheid pynlich clage II. Clage ov dẽ de in handhafft daet begrepen is III. van des Unſchuldigẽ antwde IIII. van vntyegen werdiger Klage V. Clage ov enẽ tegẽwerdigen man VI. Clage ov enẽ uneſteden man VII. van der derden vmengeder clage VIII. Antwde der eirſten Clage IX. van der andern vmengeder Clage X. Antwerde der andern Clage XI. van der derden vmengeder Clage XII. Wo de eirſte vmengede Clage to kompt XIII. Wo de andere Clage to kome XIIII. Van der derden vermenged Clage XV. von der eirſten vnrecht vmẽgd Clage XVI. Antwerde daer op XVII. Van de and'en vnrecht vmẽgd' Clage XVIII. Wo men Oirdel vinden ſal XIX. Wo men Oirdel ſcelden ſal vnd Konyges bañe XX. Wo men Oirdel ſchelde in S Marke XXI. Van Herwede to ge-

vẽ

vẽ XXII. Van herwede XXIII. Van Musdelinge XXIIII. Van Morgengave XXV. Van Gerade XXVI. Van Herwede XXVII. Hier begynt dat eirſte Boich vnd is ten eirſten we gerichte ſitten ſulle. Hyr be-gynnen de Capitel des eirſten Boichs des Spiegels van Saſſen vn is ten eirſten, dat een itlich man de Kriſtẽ is ſchuldich is ſeent to ſoike. I. Wo Origi-nes Wuſſagede II. &c. Hyr begyne de Capitel des anděn Boichs des Spiegels von Saſſen vñ is ten eir-ſten van den Oirleve des Gerichtes. I. Wat een man geve mach an des Richters Oirleff. II. &c. Hyr begynen de Capittel des derden Boichs des Spie-gels van Saſſ. vñ is ten eirſten van Kampe to rech-ten. I. We Kampes weigern mach vnd wemüt vñ wo men kampen ſal. II. Hyr begynne de Capittel des veyrden Boichs des Spiegels van Saſſen. Vn is ten eirſten wo men munte macken moige. I. Hyr begy-nen de Capit. des vüffte Boichs des Speig. v. Saſſ. vn is ten eirſten, wo een vor Gerichte ſal komẽ de vm vngerichte beclaget weert. I. Hyr begynen de Ca-pitt. des ſesten Boichs des Speigels v. Saſſ. vñ is ten eirſten van vrien ſiden de vns Oirkunde gevet. I.

Hir

dium proferre, in animum induxi. Jure Romano

Hir begint dat Boich das Keiſerrecht genant. Woe de Keiſer eirſt recht ſatte vñ geboit dat to halden. I. Watrech ſy vn waervan recht kome &c. II. Hir begint dat ander Boich diſſes vurgeſcrevenen rechts Van Oerdelen vn Dagen de dey lude vnder ſich macken. I. Van Luden de mit arge ſint betegen vn noch mytter dæt nyt werden begrepen. II. Hir begint dat derde Boich diſſes Kaiſerrechtes. Wo de Keiſer eirſt de denſtelude maeke vñ edelde ſe. I. Off ſich eyman an neme een denſtman to ſyn. Hir begint dat varde Boich van duſſen Keiſerrechte. Van des Riches Steden. I. Wert eens Borgers Guet beclaget. II. Sed vela contraho. Avide ſine dubio jureconſulti expectabunt relationem de codice ſpeculi *Suevici Wizenbuſani*, quam *Vir. Illuſtr. C. P. Kopp* promiſit. *Vid.* Ausführl. Nachricht von der älteren und neueren Verfaſſung der geiſtl. und civil Gerichten in dem fürſtl. Heſſen-Caſſelſch. Land. 1. Thl. 1. Stük. §. 29. pag. 57. 58. Verum præter *Saxones* §. IV. Angli nominantur. An eadem jura ex Francia in Angliam migraverint, non definimus, quamvis veroſimile ſit, *Fleta Lib. I. Cap.* 9.

mano, ſi minor in captionem incidebat, ipſo jure tenebat. Pubes enim erat & prætor, æqui-

9. hoc jus confirmat. Hæredes acceptis homagiis in cuſtodia Dominorum remanebunt, ut per eos tueantur, quousque XXII. annum attigerint. Vid. & Radulphi de Hengham Eduardi I Regis Capitalis olim Juſtitiani Summam pag. 62. *ſeqq.* De uſu juris Normannici præcipue circa feuda in Angliam translati, optime egit George St. Amand Hiſtorical Eſſay on the Legislative Power of England pag. 118. Verum uti jam obſervatum fuit, legibus antiquioribus Anglo-Saxonicis annuus XV. pro majori ætate definitus fuit. *Hoffmann Diſſ. de majoris ætatis termino Cap. III. ex moribus & legibus Germaniæ. §. XVII. ſchol. pag. 63.* Secundum ſententiam vero Celeberr. Riccii hunc juris articulum Anglo-Saxones ſecum in Angliam tranſportaſſe videntur, ac eodem jure & Anglos ratione maſculorum hodie uti, teſtis eſt Fleta Lib. I. C. 9. §. ubi Conf. Ranulphus de Glanvilla Lib. VII. Jur. Angl. C. 9. Bracton. Lib. II. C. 37. §. 2. Jo. Cowellus Lib. I. Inſtit. Jur. Angl. Tit. 22. p. 71. de Ludev. de ætat. legit. pub. & major. Cap. III. p. 61. *Ricc.*

æquitatis amicus, per anfractus auxilium præſtabat (*XII*). Nam ſecundum legem Lætoriam

*Spicileg. Jur. German. Lib. I. T. II. ad* §. *XX. p.* 64.

(*IX.*) *V.* verbi gratia *J. P. a Ludevig de ætate legitima puberum & majorum C.* III. *Hiſtor. Jur. German. in pubertat. inchoanda finiendaque tutela* §. 8. *pag.* 53. & ad *L. II. Tit. XII. Cod. Leg. Normannic.* §. 4. 12. *in Tom, VII. Reliq. MSC. pag.* 229. 231.

(*X.*) *Vid.* rechtliche Anmerkungen von dem Unterſcheide zwiſchen dem Schreijahr und den Reſtitutionen der Römer in *Diurn. Duisburgenſib. Num.* XLIII. A. MDCCLV. *Conf.* ejusd. *orat. de præſtantia Juris Germanici antiqui* in *Faſcic.* I. *opuſculor. Societat. Literar. Duisburgenſ. pag.* 65. & *ſqq.* ejusd. *Diſſ. de exiguo uſu reſtitutionum in integrum Juris Romani in foris Germaniæ* & *obſervationes ad L. XI.* §. *I. D. de reb. credit.*

(*XI.*) Placet mihi potius & placebit regula, quam *Vir poſt ipſa fata Celeberr. J. H. Bœhmer* in *Diſſ. de fundamento pactorum familiæ ad fideicommiſſa inclinan-*

riam adoleſcentes laſcivi, dementes, petentes tantum curatores accipiebant, & circumſcriptis ſaltem conſulebat, ideoque prætor ſimplicitate lapſis aderat.

---

*nantium Cap. II.* §. *II.* primo loco commendat & quam *Celeberr. J. S. Putter* in *Diſſ. de jure fœminarum adſpirandi ad fideicommiſſa familiæ & de earum renunciatione, quæ ſit exſtincta jam ſtirpe maſculina* §. *III.* repetit: Germanorum noſtrorum inſtituta ex ſolis eorundem juribus moribusque, Romana ex ſolis Quiritium legibus derivari & tradi oportet. Quod ſi enim ulla in re detrimentum jurisprudentiæ adfert diverſorum jurium confuſio; profecto in hoc argumento, ubi jus Romanum a moribus Germanorum non differt, ſed abhorret plane, commixtio talis erit pernicioſiſſima. Unde delinquamus hic paululum Romanorum delicias, ſubtilitates puta, & ſolas potius majorum noſtratium leges & conſuetudines ſequamur, fas eſt. *Vid. & a Ludevig different. Jur. Rom. & Germ. Opuſcul. I.* §. *I. Opuſcul. Miſcell. Tom. II. pag.* 98.

(*XII.*) *L. III. C. de integr. reſtit. minor.* (*Lib. II. Tit. XXII.*) *L. CI. D. de verbor. obligat.* (*L. XLV. Tit. I.*)

aderat (*XIII*). M. Aurelius Antoninus autem juſſit, ut omnibus adoleſcentibus etiam cauſa non cognita curatores darentur. Si autem cum pupillo ſine tutoris auctoritate contractum fuerit, ipſo jure tutus erat, & auxilio extraordinario non indigebat (*XIV*). Verum enim vero Jure Germanico (*XV.*) & Normannico (*XVI.*) nec inter tutorem

(*XIII.*) *L. I. D. de minorib. XXV. an.* (*L. IV. T. IV.*)

(*XIV.*) *L. XVI. pr. D. de minor. XXV. ann. Vid. C. G. Knorre Diſſ. de uſu pract. doctr. jur. Rom. de prætor. & jud. pedan. Cap. II. de uſu pract. doctr. jur. Rom. de præt. & jud. pedan.* §. VIII. *pag.* 24. 25.

(*XV.*) *Celeberr. Jo. Frider. Palac Syſt. Jurisprud. civil. German. antiq. Lib. I. Cap. XIV. de Tutel. & Cur. §. I. II. pag.* 49. 50. *& cit. Leg. Wiſigoth. ac Longob.*

(*XVI.*) *Vid. Cod. Leg. Normannic. Lib. II. Cap. XXXII. §. II. & Not.* 47. in *de Ludev. Reliq. MSC. Tom. VII. pag.* 219.

(*XVII.*)

torem & curatorem nec inter pupillos & minores diſtinguebatur. Differentiæ itaque Juris Romani, Germanici & Normannici vix ac ne vix quidem in dubium vocari poſſunt, ſed manifeſtæ ſunt. *(XVII)*.

---

*(XVII.) Conf.* & §. III. *huj. Diſſert.* ex quo jus Romanum conſideranti præterea alia differentia haud difficulter apparebit.

# COROLLARIA DE EVICTIONIS PRÆSTATIONE & de pactis circa eam.

I.

Evictionis præſtatio eſt naturale emtionis venditionis.

II.

Naturalia autem contractus mutari poſſunt.

III.

Adeoque circa evictiones præſtationem varia pactis determinari poſſunt, proin & ea pacto remitti.

IV.

Licet autem evictionis præſtatio ſit naturale emtionis venditionis, pactum tamen de præſtanda evictione omnino ſuperfluum dici nequit.

V.

Evictionis præſtatio in ſe continet tam refuſionem pretii, quam præſtationem ejus, quod intereſt emtoris rem non eſſe evictam.

VI.

Adeoque per pactum de non præſtanda evictione remittitur tam refuſio pretii, quam intereſſe præſtatio, imo.

VII.

Si pactum de non præſtanda evictione in caſu, ſi quid in odium venditoris via facti ſuſciperetur, ſit initum, nulla evictionis nomine competit actio, licet poſtea in odium venditoris quid ſuſceptum fuerit.

Duisburg, Diss., 1729/81(1)

ULB Halle 3
004 527 070

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-220532-p0045-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-220532-p0046-8
DFG

20

1776

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

# ANNO CLAMORIS.

QUAM EX

*ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS*

*AUCTORITATE*

IN ALMA REGIA QUÆ

DUISBURGI CLIVORUM FLORET

UNIVERSITATE

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS

AC

PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS

LEGITIME CAPESSENDIS

SOLENNITER VENTILANDAM SISTIT

CHRISTOPHOR. BERNARDUS GREVELER

MONASTERIO - WESTPHALUS.

KŒN. FRIED.
UNIVERS.
ZV HALLE

D. XI. MAJI MDCCLXXVI. CONFLICTUI DICTUS.

Accedunt relationes de codice hactenus incognito Speculi Saxonici, Juris Cæſarei, legum Tremonienſium & Goslarienſium, de Jure Provinciali Saræpontano rariſſimo ac præſtantiſſimo ex ſuppellectili literaria Conſiliarii Intimi de Eichmann, ut plurium deſiderio ſatisfiat, nec non obſervatio de auctoritate legis Speculorum.

*DUISBURGI AD RHENUM*

TYPIS FR. AD. BENTHON, ACAD. TYPOGR. VIDUÆ.